

lata, subrotunda, per margines crenata, longissimis pediculis donata, duplo quam in vulgari latiora: ad quemlibet geniculum, ad foliorum pediculos, ab imo ferè ad summum pediculi oblongi nudi prodeunt, copiosos flores quasi conglobatos, luteos, forma vulgari similes sustinentes, quibus succedunt capitula subrotunda, quam in vulgari majora, acuminata, cujus acumini filamentum instar capreoli insidet, quibus semen nigrum includitur. Hanc à nemine descriptam à Doctore Doldio Norinberga primum siccam accepimus, dein in horto Doctoris Zuingeri observavimus sæpius.

Γάλιον.

GALION.

CAP. XCI.

10 **G**alion nomen ex eo traxit, quòd in contrahendo lacte, coaguli vicem impleat: ramulum, foliumq; habet aparinae simillimum, rectum: florem in cacumine luteum, tenuem, densum, copiosum, odoratum. Flos igni ambustis illinitur, & sanguinis profluvia sistit. Cerato rosaceo galion admiscetur, infolatum usq; dum albescat, & sic lassitudines reficit, Radix venerem concitat. Nascitur in palustribus.

GALION.



Galium ubique copiosè nascitur prope sepes, & secus vias, ^{Galii confid.} foliis aparinae minoribus: flore tenui, spicato, partim luteo, partim albo. Verum non propterea omnibus nota est vis, quam coagulandi lactis habet: nam si ea pastoribus innotuisset, non minus apud eos hujus herbe invaluisse usum, quam cinare apud Hetruscos: qui ejus flore, ut dulcior suaviorq; caseia evadat, tum ovillum, tum etiam caprinum lac cogunt, ac spissant. Galio vires reddidit Galenus libro. 6. simplicium ^{Galii vires ex Galeno.} medicamentorum, sic inquit, Galium inde adeo nomen sortitum est suum, quòd lac coagulet. Ad simile autem est aparinae, facultatem obtinens exicatoriam, & subacrem Flos ejus sanguinis profluviis competere videtur, & combustis mederi. Est autem boni odoris & coloris lutei. Hujus herbae nomen Graecum Γάλιον: Latinum Galium: Italicum Galio: Germanicum Unser Frauen Wiesstro/Wegerfrant: Hispanicum Coaja leche yerva: Gallicum Petit muguet.

Galium aliud arvense, quod vel luteum vel album aliud palustre: nunc flore rubro & tenuissimo folio habetur. Vulgatum dicitur Gallium Matth. Lac. Cast. Gallium, Fuch. Dod. gal. & fol. Lon. Galii primum genus, Trag. Lon. Galium luteum, Lob. Lugd. Thal. Galion luteo flore, Cord. in Diosc. Cæs.

Ἠριγέρων. SENECIO. CAP. XCII.

Senecio cauliculo est cubitali, subrubro: foliis ^{Medicamentis continuis.} continuis, per extremitates erucæ modo divis, sed minoribus multò: luteis floribus, qui celeriter ^{in partibus.} dissesti vaneunt in pappos. Nomen verò sibi vendicavit, quoniam flores capillorum ritu canescant: radice supervatua. Nascitur maxime in ^{in maceris,} &

circum oppida. Folia cum floribus refrigerant: quare illita cum vini modico, vel per sese, testium & fedis inflammationes sanant: quin & ex manna thuris medentur, cum reliquis vulneribus, tum iis quæ nervi acceperunt. Illiti per se cum aceto pappi, idem munus præstant: verum recentes epoti, strangulant. Totus caulis, si coctus in passo potui detur, stomachi dolores à bili contractos perfanat.

50 **S**enecio, quæ Græcè Erigeron dicitur, aliquibus vulgò Cardoncello, aliis verò spelliciosa vocatur. Planta est vulgaris ^{Senecio- nis confid.} nitida. Cauliculus exit (ut Dioscorides inquit) subrubentibus: foliis laciniatis, erucæ amulæ, minoribus tamen, & asperioribus: floribus luteis, qui dehiscunt in pappos abeunt. Nascitur passim, adeo ut etiam super urbium mœnia, & in parietinis proveniat: virescit anno toto, & quolibet ferè mense floret. Ideoq; non desunt, qui hanc quoque vocent nostro Idiomate, Fiore d'ogni mese. Hanc herbam Otto Brunfelsius esse Verbenacæm supinam, magno & aperto errore existimavit. Videtur etiam Senecionis esse genus herba, quam Germani Divi Jacobi Florem appellant. Namq; ^{Brunfelsii error.} & ipsa folia fert Erucæ sylvestris amulæ, per ambitum laciniata, nigricantia, amaro sapore, quæ antequam caulem ^{Floris Divi Jacobi mentio.} edant humi procumbunt: caulis illi est sesquicubitalis Artemisia similis, à medio ramosus surculosusq;. Flos in summitate aureus Bupbthalmi minor, qui tandem flaccescens in papposam evolat lanuginem. Radice nititur brevi & fibrata. Floret Julio & Augusto. Nascitur in campestribus inculto solo. Sunt qui scribant Senecionem præstare plurimum ad alba uteri profluvia, si in acetariis devoretur, at nos his hæc facillè subscribimus, cum sciamus hanc herbam remoratos ciere menses, epoto foliorum succo totius plantæ decocto: cum enim evidenter sit amara, ut sicet, abstergat, aperiatq; necesse est. Sic & Senecio major excofacit, siccat, aperit, abstergit, digerit, & reliquæ Senecionis minoris vires obtinet. Senecionis ^{Senecio- nis facultas ex Gal.} quam brevem mentionem fecit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, ejus tantum facultatem referens his verbis: ^{Nomina.} Erigeron, sive Senecio facultatem mistam obtinet, simul refrigeratariam, & modicè digerentem. Herba hæc Græcè Ἠριγέρων dicitur: Latinis Erigeron & Senecio: Italis Cardoncello seu Spelliciosa: Germanis Erucæ Wur: Hispanis Bonvaron: Gallis Senesson. At Senecio major, Italis Cardoncello seu Spelliciosa maggiore: Germanorum officinis, Flos S. Jacobi: vulgari verò sermone S. Jacobs Blum.

XXX 2

Senecio

I. SENECIO.

II. SENECIO MA. SIVE
Flos S. Jacobi.

Senecio minor. C.B. Senecio, Matth. Lac. Fuch. Turn. Cord. in Diosc. Gef. hor. Lon. Anguil. Lob. Cæs. Lugd. Tab. Senecio vulgaris, Trag. Senecio minor, Cast. Erygeron, Thal. Erygeron secundum. Dod. gal. Erygeron minus, Dod. fol. Verbena femina, Brunfello, qui in postrema editione se errasse fatetur. II. Jacobea vulgaris, C.B. Senecio major, Matth. Cast. Lugd. Herba S. Jacobi, Fuch. Cæs. Flos S. Jacobi, Brunf. Trag. Lon. Herba Jacobæa Tab. Jacobæa, Dod. gal. & fol. Jacobæa Senecio, Lob. Artemisia polyclonos, seu Flos Jacobæus, Thal.

Θαλιτρον.

THALICTRUM.

CAP. XCIII.

Thalictro folia coriandri habet, pinguiora paulò: caulem rutæ crassitudine, in quo folia. Quæ trita illi antiqua ulcera ad cicatricem perducunt. Nascitur maximè in campetribus.

Thalictri
confid.Thalictri
vires ex
Gal.

Nomin.

Thalictro, si Ruellio credimus, herbarii in Gallia Argentinam appellant, quod argenteo micet coloratu, ceteris notis Thalictri pictura adstipulantibus. Hac (ut ipse scribit) invenitur ubiq, sæpe in campestribus, & maceris. Verum cum mihi hæc non contigerit eam herbam videre, idcirco Ruellii sententiam non ausim probare, neq, etiam refellere. Thalictro Thalictro nominat Gal. lib. 6. simpl. medicamentorum, ubi de ejus viribus in hunc modum disserit. Thalictro folia habet coriandro similia, caulem crassitudine rutæ. Vis ei inest exicatoria citra morsum: itaq, ulcera inveterata ad cicatricem perducit. Quod Græci θαλιτρον, Latini item Thalictro & Thalictro appellant.

ῤῥῖον θαλάσσιον.

MUSCUS MARINUS.

CAP. XCIII.

Marinus muscus nascitur in scopulis testaceisq, haud procul à mari, gracilis, capillaceus, caulis expers. Præcipua ei spissandi vis, & collectiones cohibendi, & podagras, quas refrigerare opus sit.

Musci
marini
confid.
Corallina.

Musci marini duum est generum: Dioscoridis alterum, alterum verò Plinii. Non possum eorum non probare sententiam, qui dicunt Muscum marinum eam capillaceam esse plantam, quam officina corallinam appellant. Musci hic gracilis capillaceusq, provenit, caulis expers, colore cum siccat subruscescente, falso sapore, odore concharum marinarum simili. Hanc circumforanei in pulverem contritam in plateis vendunt ad puerorum vermes necandos, mirisq, laudibus efferunt. Qua in re nimirum ceteris præstat medicamentis: siquidem non modò interficit lumbricos, sed eos quoque eadem die expellit. magna sæpe astantium admiratione, quod quandoque visus sit puer, qui ex assumpta hujus pulveris drachma centum vermes excreverit, potissimum si detur ex passo, aut cum Aegyptiæ siliquæ pulpa. Crediderim itaque Corallinam hanc esse muscum marinum, quod certò sciam, eam ab eis reperiri, qui corallia expiscantur, corallis, sicut etiam scopulis, & piscium testis inhaerentem, eo sanè modo, quo arboreus muscus arboribus ipsis inhaeretur. Is utiq, ceteris præfertur, qui corallis adhaeretur, unde ei nomen. Probat secundò loco, qui saxi adhaeret, colore rubicundo: cinereus verò improbat. Sed marinum muscum hac pollere facultate nò novere veteres: quandoquidem nusquam

I. MUSCUS MAR. SIVE
Corallina.II. MUSCUS MARINUS
alter vel Plinii.

nusquam apud ipsos legerim marino musco interaneorum vermes necari. Musci marini historiam (longè tamen ab ea di- Muscus
versam, quam paucis perstrinxit Dioscorides) prosecutus est Plinius libro 27. cap. 8. his verbis: Bryon marina herba sine marinus
dubitatione lactuce foliis similis, rugosa veluti contracta, sine caule ab ima radice exeuntibus foliis. Nascitur in scopu- Plinii.
30 lis maximè, testisq; terra comprehensis. Precipua siccandi ei spiss. andig. vis, & collectiones omnes inflammationesq; cobi-
bendi, præcipue podagra, & quicquid refrigerare opus sit: hac Plinius. Cujus Musci imaginem hanc omnino esse censemus,
quam hic excudi curavimus: nam omnibus notis illi perbellè respondet. Vivam plantam concha cujusdam testa inheren-
tem, misit ad me Patavio Jacobus Antonius Cortusius. Caterùm Marinus muscus jam mihi in mentem redegit plantam
(si tamen plantam appellare licet) musco haud multò abfimilem, in fluminibus, & aliis dulcibus aquis nascentem, vi-
ridi colore, & serici staminis ferè modò villosam, quæ Plinio lib. 27. cap. 8. circa finem conserva appellatur: nobis verò in
Hetruria vulgò Lîma. Hac cum Plinii testimonio ad osium fracturæ præstantissimum sit medicamentum, prætermittere
quidem non potui, quin hic de ea Plinii verba adderem. Ille enim ita de Conserva meminit. Peculiaris est alpinis maximè
fluminibus Conserva appellata à ferruminando, spongia aquarum dulcium verius, quàm muscus aut herba villosa den-
40 sitatis, atq; fistulosa. Curatum ea scio. omnibus ferè osibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circumdata
universo corpori, aquam suam inspergentibus quoties inaresceret, raroq; nec nisi deficientem herbam mutationis causa
resolventibus convalescere vix credibili celeritate. Caterùm Musci marini meminit Galenus li. 6. simplicium medicamen-
torum, sic inquit: Muscus marinus compositus est ex terrena, & aquea essentia, utraq; frigida. Siquidem & gustum
adstringit, & calidis quibusvis illitus, ea evidenter refrigerat & adjuvat. Possè quidem marinum muscum, qui recens sue-
rit, refrigerare, facillè cum Galeno & Dioscoride concedam: quod verò siccus id efficere possit, quod gustu salso sentiat, non
ita facillè mihi concedendum videtur. Id Græcis ὀφύων θαλάσσιον quod latinus Muscus marinus vocatur: Tabaleb sive
Tbaleb Arabibus, quibus tamen muscus is cum lente palustri, confunditur: Italis ac Officinis, Corallina: Germanis Meer-
musch oder Meermoß: Hispanis Malborquiana yerva: Gallis Coralline.

50 Musci marini plures differentiæ proponuntur in historia nostra, hic de duobus. I. Muscus Marinus
sive Corallina, Matth. Dod. gal. Lac. Cord. in Diosc. Ludg. Tab. Muscus marinus primus, Dod. fol. Mu-
scus marinus herbaceus mollior, Cæsal. Corallina, Lon. Lob. Lemnio. Fucus Capillaceus, Lugd. II. La-
tucca maritima, C. B. Muscus marinus alter, Matth. Cast. Muscus marinus Theophrasti, Dod. gal. Mu-
scus marinus Plinii, Lugd. Fucus marinus prior, Dod. fol. Fucus sive Alga Intybacea, Lugd. Bryon Tha-
lalion, Turn. Bryon lactucæ foliis Plinii, Lob. Bryon Theophrasti, Cæsalpino.

ὀφύων θαλάσσιον.

FUCUS MARINUS.

CAP. XCV.

60 Ephuci marini generibus, quoddam latum, & alterum a sublongius, & rubens: tertium b candidum,
nascens in Crera, floridum valde quod nulla corruptionis labè polluitur. Omnia vim habent refri-
geratoriam non podagræ modò, sed etiam inflammationibus, in cataplasmatibus efficaciter utilem: ve-
rum iis uti humidis convenit priusquam exarescant. Nicander puniceum adversus serpentes dedit.
Hoc fucos quidam putant mulieres suum colorem mentiri, cum tamen sit radícula ejusdem nominis,
qua se se fucant.

De fucos marino locutus est Plinius libro 13. cap. 23. ubi ita scriptum reliquit. Nascuntur in mari frutices arboresq;
minores in nostro. Rubrum enim, & totius orientis Oceanus refertus est sylvis. Non habet lingua alia nomen quod
Græci vocant phycos, quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex. Et lib. 26. cap. 10.
X x x 3

a Orib.
i. oblon-
gum.
b Orib.
c. itum.
e Orib.
f. adstrin-
gentem.
Fuci ma-
rini hist.
ex Plin.

Tria

Triquit, Phyci thalassii, id est, Fuci marini genera, latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crassius foliis, quo in Creta vestiguntur: haec Plinius. Ceterum cum Fuci genera mihi plane incerta sint, quod de us dicam non habeo. Non tamen deest suspicio, quin Fucus marinus, si Alga non est, in ejus saltem genere recenseri possit & debeat: nam Theodorus in Theophrasto non aliter Fucum marinum interpretatur, quam Alga nomine. Adde quod & Plinius aliis in locis Fucum marinum, Algam maris aliquando vocavit, ut etiam adnotavit Marcellus. Sed non ob hoc ex-

Alga Ve-
neta.

ALGA VENETA

Ulva.

Fuci ma-
rini vires
ex Gal.

Nomina.



istimaverim, fucum marinum eam vulgarem esse Algam, in qua Veneti vasa vitrea recondunt, ne inter vehendum collidantur & confringantur. Quod praeterea Fucus marinus Alga esse possit, illud argumento sit, quod nullum aliud, quod sciam, apud Latinos nomen invenerit. Alga species est, quae & ulva dicitur, hoc tantum inter se differentes, quod haec palustris, lacustris, fluvialisque, sit illa vero tantum in mari proveniat. Quod discrimen illo vulgari versiculo indicatur:

Alga venit pelago, sed nascitur ulva palude.

Unde etiam Virgilius libro sexto Aeneidis ita cecinit:

Tandem trans fluvium incolumes, vatemque, virumque,
Informi limo, glaucasque, exponit in ulva.

Et libro secundo ejusdem:

Limosaque, lacu per noctem obscurus in ulva
Delituit.

Fuci marini mentionem fecit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, his verbis: Phycos humens etiamnum, & virens ex mari exemptus desiccatur, & refrigerat ordine secundo: habet enim quiddam modice acerbum. Nominatur Graecis φύκος & θαλάσσιος: Latinis Phucus seu Fucus marinus: Italis Phuco marino.

Alga Veneta cum mentio fiat in Commentariis, idcirco ejus figuram addere placuit, quam Algam marinam, Lobelus: Fucum marinum, Lacuna: Fucum marinum alterum, Dod. hist. Latina, Fucum five Algam marinam gramineam, Lugdunensis: & Algam, Cæsalpinus, Monspeliensium vulgus paleam marinam, vocat. Videtur apud Dioscor. sub Fuco secundo, apud Theophrastum sub primo exprimi.

I. POTAMOGETON.

Ποταμόγετον. POTAMOGETON.
CAP. XCVI.

Potamo-
getonis
confid.
Sagittae
utriusque
confid.



Potamogeton, folium fert betae simile, hirsutum, paululum supereminens extra aquam. Refrigerat & inspissat: pruriginibus utile, & contra veterum ulcerum nomas. Nomen ex eo inditum est, quod palustribus & aquosis enascatur.

Potamogeton lacubus & paludibus innasci amat, ubi foliis betae proximis, super aquam expansis in compluribus locis emicare invenitur. Hanc herbam nos sepe vidimus & legimus, privatim in lacubus quibusdam in Ananiensium agro, quam ibi una cum nymphaea aquis supernatantem deprehendimus. Facit Potamogeton mentio ut Sagittam quoque, ob foliorum formam Plinio vocatam, in mentem redegerim, quod ipsa in fluminibus nascatur, & stagnantibus quoque, aquis. Haec tria duum est generum. Major & Minor. Hujus folium sagittae cuspidis figuram ad amissum refert, superne in unum apicem, inferne in duos desinens. Pediculo nuncitur triquetra, spongiosa, intus cavo, sesquicubitali & quandoque, majore, aut minore, pro aquarum profunditate, in quibus vivit. Caulem gerit rectum, levem, rotundum, vacuum, superius in ramulos divisum, in quibus flores exeunt albi, singuli tribus foliis confiantes, haerentque, in pedunculo pari exortu a caule prodeuntibus. Ex his tandem capitula nascuntur subpurpurea hirsuta, nucis Ponticae magnitudine, in quibus minutum concluditur semen, rotundo intus globulo inherens. Radicem habet albam, multifidam, & fibrosam Plantagini aquatica similem, cujus cognationis ego sagittam facio. Major minori per omnia respondet, sed omnia majora in ea spectantur. Folia quoque, non aded in acuminatum fastigium desinunt. Nascitur utraque, in aquis cum stagnantibus, tum decurrentibus copiosa in Bo-

II. SAGITTA MAJOR.

III. SAGITTA MINOR.



in Bohemia, cum in Muldava flumine, cum in aliis plerisque locis. Temperamento amba sunt frigida & humida: & iisdem Potamogeton vires ex Gal.
cum plantagine aquatica viribus pollent. Potamogeton, ut testatur Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, adstringit & refrigerat similiter polygono, sed essentia ejus crassior quam polygono est. Huic herba nomen Græcum potamogeton, Gal.
tor, Latine similiter Potamogeton: Itali Potamogeto: Germanis Seehalten Kraut, und Sam Kraut: Gallis Herbe des Nomina.
estagnes. At Sagitta, Græcis ὀψαλον: Itali Saetta.

MILLEFOLIUM AQUATICUM.

Potamogeton latifolium aliud, aliud tenuifolium: latifolium aliud rotundis, aliud oblongis foliis est, hocque vel crispis salignis, vel tenuibus & splendentibus, & hoc vel planis vel crispis. I. Hic proponitur Potamogeton rotundifolium, quod Dioscoridis est: & dicitur Potamogeton, Matth. Trag. Fuch. Lac. Dod. gal. Lonic. Castor. Taber. Potamogetoni similis rotundiore folio, Cordo in Dioscoridem. II. Sagitta aquatica major, C.B. Sagitta major, Matth. Dod. fol. Castor. Tab. Pistana Magonis, five Sagittaria aquatica Plinii, Lob. Phlees mas latifolia, Lugd. Barba sylvana recentioribus medicis, Cæsal. III. Sagitta aquatica minor, C.B. Sagitta minor, Matth. Dod. fol. Cast. Lob. Lug. Tab. Sagittaria minor, Lob. in icon. Sagitta & Sagittalis, Cordo in historia.

ΣΤΡΑΤΙΟΤΗΣ. STRATIOTES. CAP. XCVII.

Stratiotes in aquis nascens, iisdem supernatat, & sine radice vivit: unde cognomentum traxit. Herba sempervivo similis, ni majora haberet folia. Quæ refrigerant: sanguinem, qui defluit à renibus, pota sistunt: vulnera, quæ inflammationem minantur, intumescere non sinunt: ignibus sacris, & tumoribus ex aceto illinuntur.

Non est profecto quod miremur, si Stratiotes in Italia non provenit. Quandoquidem ea, ut lib. 24. cap. 18. Plinius

xxx 4



nus restatum reliquit, est in Aegypto tantum, & inundatione Nili nascitur, aizo similis, ni majora haberet folia. Ceterum plantam quandam misit ad me Pisis Lucas Gbinus Medicus clarissimus in aquis nascentem, quam ille aquaticum Millefolium appellabat. Hanc ego aquatica Stratiotes genus aliquod esse puto. Esto tamen aliorum quoque, judicium ex imagine, quam hic appingi curavimus. Foliis est coriandri, sed tenuioribus, caulibus tribus aut quatuor, angulosis, in quibus per intervalla pusilla habentur folia, avicularum pennis similia: in cacumine singulis caulibus bina exeunt umbella,

Nomina.

* II. EQUISETUM OLIDUM. *

subpurpurascens floribus Vocatur Græcis *στρατιώτης* *ἐνδωπος*: Latini *Stratiotes aquaticus*. Millefolium aquaticum: Itali *Millefoglio aquatico*.



I. MILLEFOLIUM MAJUS.

Conclusa
in meo
desunt.

Stratiotes
millefo-
liae con-
sideratio.

Brasavoli
opinio
non est
accepta.

Millefo-
lium ma-
jus.



I. Millefolium aquaticum à Matthiolo proposi-
tum, & à Lugdunenlis herbarii auctore, sub Stratiote
millefolio aquatico Matthioli enarratum, hætenus
non vidimus. At ne duæ diversæ una figura junctæ
ad Commentatorem sint missæ, veremur: Siquidem
caules optime respondeant (si umbellas adimas)
Equiseti speciei, cuius iconem adjunximus. II. Quod
albicat omnibus sui partibus, odoris sulphurei & lu-
tosi, caulibus pluribus, longis, rotundis, oblique striatis
fragilibus, qui in plures cauliculos brachiantur, foliis
aliquot simul ad geniculum junctis, brevibus aliquot
apicibus tanquam particulis donatis: quæ si sicca sint
levissimo digitorum contritu in pulverem comminu-
untur. Nascitur in aquis, præcipue cœnosis, commu-
niter in iis demersum, rarius erectum: quod in fossis
Thermarum Aponensium notavimus, & non longe
Lucerna Helvetiorum. An floreat ignoramus:
nec de ea quicquam hætenus apud auctores legimus,
quod propter gravem odorem, Equisetum olidum
vocamus.

στρατιώτης *χίλιδρον*. STRATIOTES
MILLEFOLIUM. CAP. XCVIII.

Stratiotes millefolium exiguus frutex, palmi alti-
tudine, aut amplius assurgit: foliis avium pulli pen-
nas imitantibus, brevi admodum dissectoq; foliorum
exortu. Folia sylvestre cuminum simulant, præfer-
tim brevitate, [atq; scabritia] breviora paulò: densio-
re umbella & pleniora. Surculos in cacumine gerit
exiguos, & capitula in modum anethi: flores parvos
& candidos. Nascitur in asperis agris, præcipue cir-
ca semitas. Eximii usus ad ulcera vetera recentiaq;
profluentem sanguinem & fistulas.

Stratiotes in hunc usq; diem Millefolii cognomen retinet.
Planta est officinis notissima, in incultis proveniens, in pra-
tis, & circa semitas, lignosis caulibus, dodrante majoribus plu-
ribus ab una radice prodeuntibus, quibus folia insunt avium
novellarum pennis similia, sylvestriq; cumino amula. Flores
eius densiore umbella sustentur, candidi, etsi nonnunquam in
purpura rubescant. Ex his utiq; notis palam est, communis
usus Millefolium nil aliud dici posse, quam Stratioten, de quo
hic agitur: non autem, ut Brasavolus existimat, Myriophyllum
infra à Dioscoride descriptum. Siquidem Myriophyllum caulis
est tener, singularis, unica nixus radice: foliis plurimis, lavi-
bus, seniculo similibus. Quæ sanè omnia, ni fallor, apertis-
simè ostendunt, Brasavolum hac in re hallucinatum esse.
Millefolii genus quoddam nascitur in Gontienfi agro Sal-
vatino mo: te prope sacellum divæ Mariæ virginis, eo tantum
saxosotraclū, quo ad Sontium fluvium descenditur. Id quo-
ntam aliud præstat magnitudine, ut ejus effigies, quam hic
damus, aperte ostendit, idè nobis jure liceat ipsum nominare
Millefolium majus. Folia profert minoris similia, sed ma-
jora, Tanacero quadantenus proxima, caules quoque ma-
jores, subirsutos atq; grandiores umbellas: floribus in purpu-
ra albicantibus, odore medicato. Præstat eadem quæ minus.
Datur utiliter millefolii succus ad sanguinis rejectiones. Idem
præstat sicci farina ex Symphyti majoris, aut plantaginis a-
qua

II. MILLEFOLIUM MINUS.



qua pota. Eadem naribus indita, fluentem inde sanguinem compefcit. Dysentericis utiliter infunditur, una cum sui ipsius succo. Herba recens tusa & supposita, pubi, illita, menfibus profluvia compefcit. Millefolium cui candida inest umbella, una cum floribus tusa, & cum sua ipsius aqua, aut caprino lacte pota, gonorrhæam in viris, in foeminis alba uteri excrementa tollit. Atque id valentius prestat, ubi cum corallo, succino albo, & eboris scobe propinetur. Prestat mirum in modum Millefolii, & foliorum & florum farina ad sanguinis mictum, ubi uncie pondere una cum Armenia terra drachma, ex vaccino lacte propinetur jejunis diebus tribus continuis. Commanducata folia, & praesertim recentia, dentium dolores mulcent. Idem facit commanducata radix, & diu sub dente dolente retenta. Datur herba decoctum cum labrusca floribus utiliter potandum contra vomitum. Stratiotes hunc, & superiorem perstrinxit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, ubi de utriusque viribus ita differit. Stratiotes aquaticus quidem humida & frigida facultate est: terrestres vero non nihil habet adstrictionis: proinde sanè & ulcera glutinare potest, & ulceribus esse utilis. Sunt quoque & ad sanguinis eruptiones utantur, & ad fistulas. Herba, quæ Græcis *στράτιotes χιλιόφυλλος*, Latinis Stratiotes millefolium appellatur: Italis Stratiote millefoglio: Germanis Garben: Hispanis Milboyas yerva: Gallis Mille feuille. * Cumin vel Anet sauvage. * At Millefolium majus Græcis *στράτιotes χιλιόφυλλος* & *μύας*: Italis Millefoglio maggiore.

Stratiotes
ex Gal.

Nomina.

I. Millefolium vulgare album, C.B. Millefolium majus, Matth. Millefolium album, Brunf. Camer. Millefolium vulgare, Trago, Gef. hor. Millefolium Stratiotes, Cord. in Diosc. Millefolium terrestre majus, Tab. Millefolium terrestre vulgare, Lob. in icon. Millefolium sive Achillea. Dod. fol. Millefolium

majus, Cæsalpino. Stratiotes millefolium, Fuch. Lac. Cast. Stratiotes millefolia major, Lugd. Militaris, Lob. Achillea, Dod. gal. Lonicero. II. Millefolium vulgare purpureum minus, C.B. Millefolium minus, Matth. Millefolium vulgare, Trag. Millefolium, Lonic. Millefolium purpurei floris, Dod. fol. Millefolium terrestre purpureis floribus, Lob. Millefolium purpureum, Taber. Millefolium parvum, Cæsal. Stratiotes terrestres minor, Cordo in hist. Stratiotes millefolia minor, Lugdunensi.

Φλὺμ.

VERBASCUM.

CAP. XCIX.

- 40 **V**erbascum differentias summas habet duas, hoc nigrum, illud album: in quo mas & foemina intelligitur. Foeminae igitur folia sunt brassicæ, pilosiora multò & latiora, a candida: caulis, albus, cubitalis aut amplior, subhirsutus: flores albi aut ex luteo pallescentes: semen nigrum: radix longa, gustu acerba, crassitudine digiti: nascitur in campestribus. Verbascum, qui mas appellatur, oblongius, albis foliis, & angustioribus, tenuiori caule. Sed nigrum prorsus albo simile esset, nisi nigriore latioreque constaret folio. Sylvestre [folia] fert [salviæ]: altas virgas & lignosas, & circa eas ramulos & quales marrubium: flores luteos, auri æmulos. Sunt & phlomidæ duæ, hirsutæ, rotundis foliis, humiles. Tertia lychnitis appellatur, ab aliis autem thryallis, foliis ternis aut quaternis, vel paulò pluribus, hirsutis, crassis, pinguibusque: apta ad lucernarum lumina. Radix priorum duarum adstringit: quare quod magnitudine lucidum talum æquet, in alvi profluvio, convenienter ex vino datur. Decoctum ruptis, con vulsis, fractis, antiquæ tussi auxiliatur: dentium dolorem collutione mitigat. Verbascum, cui flos aureus, capillos tingit, & quocumque objiciatur, blattas in se contrahit. Cocta in aqua folia adversus tumores, & oculorum inflammationes illinuntur: syderatis ulceribus ex vino & melle, cum aceto autem vulneribus medentur: contra scorpionum ictus sunt auxilio. Sylvestris folia ambustis igni sunt cataplasmata. Ajunt in foliis ejus, quam foeminam dicimus, aridos ficus omnino non putrescere.
- 50 **P**ura Verbasci numerantur genera, ut ex appictu iconibus palam fiet. Prima verbasci genera, domestica scilicet duo, nulli non cognita sunt. Verbascum mas sive secundum, oblongius est, albis foliis, angustioribusque: tenuiore caule. Floribus in cacumine minoribus, pallido colore. Radice minori minusque carnosa. Nascitur in campestribus, exoluta folio. Iisdem viribus pradiatum est, quibus & foemina. At Verbascum tertium, folia profert nigriora, oblongiora, salvia fere modo aspera, sed latiora: caulibus rotundis, robustis, tenuioribus floribus in cacumine spicatis, aureo colore. Provenit & hoc quoque, in campestribus: easdem cum aliis habens vires. Verum sylvestre, quod foliis salvia similibus, aureis, floribus provenit, non omnibus sanè notum existimo. Viret tamen hodie Patavii in nobilissimo simplicium horto, quem ad commune studiosorum commodum Illustrissimus Venerorum Senatus construi curavit. Nascitur in campestribus & apricis montibus. Quin nec fortasse Lychnitum, cujus etiam figuram hic damus, novere multi, quod foliis est hirsutis, crassis, tomentosis pinguibusque, atque idoneis ad lucernarum lumina: floribus numerosis & ramusculis eminentioribus, prodeuntibus aureo colore. Est Verbasci quoque genus, cujus folia corniculati papaveris faciem exprimunt, per ambitum sinuata. Ideoque nil mirum si Diosc. ejusmodi papaveris folia Verbasci foliis comparaverit. Reliqua vero, qui mihi demonstravit in Italia, hæcenus reperi neminem. Et quamvis sint, qui putent, ut Ruellius, Fuchsius & recentiorum aliis placet, eas vulgari, notitia plantas, quæ quibusdam Brachacuculi, officinis Primula veris, German. elaves S. Petri, nonnullæ vero herbæ paralytis appellantur, esse Dioscoridis Phlomidæ, quæ hirsutis rotundisque foliis, humiles prosiliunt: eorum tamen

a Orb.
λευκάδα
ga. i. can-
didiora.
b Orb.
χρυσόχλω-
ρα. i. sub-
viridia.
Orb.
non legie
conclula.
c Or. Φύλ-
λα i. λε-
υκόχλωρα
χρυσόχλω-
ρα. i. fo-
lia salvia
similia in
orbem.
d Orb.
χρυσόχλω-
ρα. i. sub-
viridia.
Verbasci
genera &
confid.

Ruellii &
Fuchsi
opin. re-
probata.
Herba
paralytis,
tamen

I. VERBASCUM I.

II. VERBASCUM II.



III. VERBASCUM III.

IV. VERBASCUM IV. Si-
ve sylvestre.

tamen sententia, licet eruditorum virorum, bandquaquam ad stipulari possum. Siquidem planis iis folia non insunt bir-
suta, nec etiam rotunda, sed alteri lavia, alteri verò crispata, lactuca aut dipsaci modo. Adde quod florum, quos hac Phlomi-
dum genera proferant, nusquam, quod sciam, meminit Dioscorides, neq, è veteribus aliis, qui Verbasci genera recensent.
Id quod

V. VERBASCUM LYCHNITE

VI. VERBASCUM ALIUD.



VII. PRIMULA VERIS.

*VIII. VERBASCULUM HOR-
tense multiplex.*



Id quod in herba paralyti, meo quidem iudicio, file nrio involvendum non fuerat, cum hac omnium prima suis aureis flori-
bus emicet, verq, novum pronunciet: unde illi nom en officina imposuere. Duum est generum: alterum odoratum, alterum
inodoratum. Prima jotta p. fert lactuca quadantenus similia, oblonga, rugosa, Labri veneris fere modo humi jacentia,
e quorum

Herbz
paralyti-
vires
Matth.

Verbas-
ci
vires
Matth.

de quorum medio cauliculus exit dodrant alis atq; incanus, de cuius fastigiis flores exeunt complures lutei, per ambitum sim-
briati odoratiq; ut in urfi auricula, quam & radice quoq; imitatur. Provenit secus vias, propter sepes, & in pratibus. Altera
folia profert latiora, & in cacumine rotundiora, humi pariter accubantia, crispata rugosaq; magis tenera: caule vero flo-
ribus ac radicibus, ab altera non differt. Nascentur in eodem in locis, & frequenter in sylvis herbosis. Easdem, quas prior possi-
det vires imbecilliores tamen. His recentiores vim efficacem tribuunt ad articulorum dolores. Radicis earum decoctum ad
renum, & vesica calculos commendant. Succum quoq; cum potum, cum exterius illitum, fractus luxatusq; ossibus utilem
esse tradunt. Ceterum praeferat eandem decoctum additis salvia & amaraco, adversus frigidos nervorum, & cerebri
morbos. Quare commodissime datur potandum resolutis, ac iis, qui membrorum tremore, stuporeve laborant. Stillatitia
floreantis jam herba aqua datur utiliter potanda in animi deliquiis, & ubi corpus imbecillitate virium affectum sit. Nam
(ut inquit experimentatores) mirifice cor confortat ac roborat. Flores illinantur utiliter adversus scorpionum, & pha-
langiorum ictus. Siquidem facile tumores dissolvunt. Herba ipsa, aut flores, aut radices tusa & illitae, vulnera sanant.
Stillatitia aqua, qua a tota fluxerit planta, fronti illita, capitis dolores mulcet. Mulieres, qua fucodelectantur, flores in
albo meraco macerantes, una cum polygonati radicibus, stillatitiam ad alembicum conficiunt aquam, qua deinde a lecto
resurgentes faciem lavant, eiq; nitorem conciliant: ubi autem rugas tollere student, stillatitium limonium aquam admi-
scunt. Sed ad legitima verbasci genera redeamus. Haec omnia in universum, sed femina magis, ut plurimum factis periculis
constat. omnib; ferè sedis morbis mirifice subveniunt: adstringunt enim & exsiccant. Quamobrem seminis & florum pulvis,
additis chamæmelis floribus, & laticis resina, procidentem sedem suffitu cohibet, & tenasimum, praecipue dysentericis, tollit.
Verbasci femina folia inter lapides contusa, si equi claudicantis ex clavorum noxa ungui prius excavato imponantur,
mirum dictu quam brevi tempore is liber evadat. Radicis ejusdem succus, anteaquam caulem proferat, duarum drach-
marum pondere ex Cretico vino haustus, in ipsa accessionis hora (ut Arnaldus refert) quartaniam fugat, cum hoc tamen,
quod tribus aut quatuor iteratis vicibus hauriatur. Succus tam florum, quam foliorum asperis verrucis illitus, eas facile
delet, etsi lavib; nihil proficiat. Idem facit sicca radicum farina confricata. Dantur flores commodissime in pulverem triti, con-
tra tormina ventris & colicam. Gargariatur utiliter radicis decoctum contra tonsillarum inflammationes. Folia tusa

IX. PRIMULA VERIS altera.



X. BLATTARIA.



& cineribus calefacta, sanant panos, quos bubones vocant, emplastri modo imposita. Tanta vis verbasco ineft, ut jumen-
tis non rustientibus modo, sed ista quoq; trahentibus, auxilietur potu. Semen ex vino decoctum & contusum impositumq;
luxatis medetur, dolorem & tumorem auferens. Folia conferunt strumosis, si ex aceto imponantur. Semine ac foliis in
vino decoctis, ac subinde tritis & impositis, omnia infixa corpori extrahunt. Folia & summitates in aqua decocta, & 60
illita podagricis auxiliantur, sed ejus Verbasci ea esse oportet, quod minoribus crescit foliis. Stillatitia florum aqua ocu-
lis injecta, distillationes cohibet: aufert eadem illita faciei ruborem, quam Mauritanii Guttam rosaceam vocant, & pre-
sertim addito capbura momento. Illinitur eadem ad Erysipelas, & ignis combustiones, se pigines, vitiligines, impetigines
& ceteras cutis infectiones. Verbasci flores una cum ovi vitello, & mica panis, & porri solis illiti, perbelle praestant ad
cohibendas ruentes dolorificasq; hamorrhoidas. Idem praestant ejusdem folia suffusa, ex olari lapide acenso. Est &
herba similis Verbasco, quae BLATTARIA Plinio nominatur lib. 25 cap. 9. ubi eam in verbum depingit. Est similis Ver-
basco herba, quae saepe fallit pro ea capta, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Haec abjecta blattaria in se
contrahit, ideoq; Romae Blattariam vocant: haec Plinius. Eundem verò effectum Dioscorides illi Verbasci generi assigna-
vit, quod floribus aureis descripsit. Quae certe res facit, ut credam, quod non aberrarent illi, qui sibi animum inducerent,
blattaria.

Gutta
rosacea.

Blattaria
historia
& vires.

30

40

50

Blattaria Plinii, & Verbasum illud Dioscoridis, cui flores insunt aurei, unam & eandem plantam esse. Porro Blattaria passim ferè nascitur in campestribus: foliis oblongis, per ambitum serratis: floribus tertium Verbasci genus maxime amulantibus, quibus decedentibus circa caulem folliculi exoriuntur parvi, lini instar, duriores tamen, ac iaviores, in quibus semen continetur. De hac herba plures, quod invenerim, facultates non produntur. Sed cum ea gustu amara deprehenditur, hinc certò colligere licet, quod eadem excelsa faciens sit & sicca, & aperire & abstergere possit. Verbasci genera, & vires vires memoria tradidit Galenus libro octavo, simpli. medicamentorum, ubi ita scribit: Verbasum quoddam foliis album est, quoddam vero nigrum. Et albi aliud quidem mas est, cuius folia angustiora, aliud semina, cuius majora. Est praterea aliud Verbasum sylvestre cognominatum, quod floribus constat aureis, & luteis. Sed & prater has species alia est, quam propriè phlomida, & thryallida nominant. Priorum itaque duarum radix gustu acerbior est, & fluxionis affectibus prodest: sed & ad dentium dolorem eam quidam collunt. Attamen folia digerendi vim habent: sic & aliarum folia, & maxime ejus, quæ aureos flores obtinet: quæ etiam capillos rufant. Omnium enim folia desiccandi, & digerendi moderatè vim possident. Quæ planta Græcè φλόμω, Verbasum Latine dicitur: Officinis. Tassus barbatus. Italis. Verbasco, & vulgò Tasso barbasso: Germ. Wulstraute: Hispanis, Verbasco: Gallis, Bonillon. At Verbasum mas sive secundum, Græcè φλόμω ἀππλω ἀνών: Italis, Tasso barbasso maschio. Sic Verbasum tertium, Græcè φλόμω ἀππλω μέλας: Italis, Tasso barbasso minore. Verum Verbasum sylvestre, Græcè φλόμω ἀγρία: Italis, Tasso barbasso salvatico. Sic primula veris, nonnullis Brache cuculi: quibusdam Herba paralytis: Italis, Fior di prima vera: Germanis, Schlüssel Blumen: Gallis, Primevere, seu Brayes de Cocu, isdem nominibus appellatur & altera. Tandem Blattaria, Dioscoridi, Verbasum aurei flori: Italis, Blattaria.

Verbasum, φλόμω dictum, à φλόμω uro, quasi φλόμω flamma, quia hac herba pro ellychniis uruntur. Sic
 20 Verbascula seu Primula veris φλόμωις Dioscoridis censentur, alii Dodecatheon Plinii volunt. Fabius Columna, Alismatis secundum genus apud Plinium facit: cuius ut & Verbasci plurimæ differentia.
 I. Verbasum mas latifolium luteo flore, C.B. Verbasum primum, Matth. Cæsalpin. Lugdunenfi Verbasum candidum mas, Lacun. I. on. Verbasum, Cordo in Diosc. Castor. Verbasum mas, Lobel. Tab. Verbasum aut phlomos vulgaris mas Dioscoridis, Thapfus barbatus officinarum, Lob. in icon. Verbasum latius, Dod. fol. Verbasum album mas seu Candela regia, Thalyo. II. Verbasum mas angustioribus foliis, floribus pallidis, C.B. Verbasum secundum, Matth. Lacun. Castor. Lugdun. Verbasum mas, Matth. in Epit. Verbasum sylvestre majus, Lonicerò. III. Verbasum nigrum flore ex luteo purpurascens, C.B. Verbasum tertium, Matth. Lac. Cast. Lugd. Verbasum nigrum, Trag. Dod. gal. & fol. Tab. Verbasum nigrum Dioscoridis, Lob. in icon. Verbasum nigrum salvi folium purpureo flore, Lobel. Verbasum sylvestre, Fuch. Turn. Gef. hor. Verbasum sylvestre minus, Lonicerò. Verbasum nigrum latifolium, Thalyo. IV. Verbasum latis salviae foliis, C.B. Verbasum quartum sive sylvestre, Matth. Lugd. Verbasum sylv. Matthiolo in epit. Lac. Gef. hort. Clus. hist. Hisp. Cast. Verbasum sylv. alterum, Dod. fol. Verbasum salvifolium fruticosum luteo flore, Lob. Verbasum sylvestre foliis Salviae, Cam. Verbasum quartum Matthioli, Lob. in icon. Verbasum septimum, Cæf. V. Verbasum Lychnites flore albo parvo, C.B. Verbasum Lychnite, Matth. Lac. Tab. Verbasum primum, Brunf. Verbasum candidum femina, Fuch. Gef. hor. Verbasum album femina albo flore, Dod. gal. Lugd. Verbasum femina, Lob. Lugd. Verbasum tertii altera species, Cast. Verbasum quartum, Cæf. Phlomos mas alter, Lob. in icon. Phlomis Lychnitis, Lugdunenfi. VI. Verbasum folio papaveris corniculati, C.B. Verbasum aliud, Matth. Verbasum sylv. tertium, Dod. fol. Verbasum laciniatum, Lugdun. Verbasum intubaceum, Tab. Verbasum foliis papaveris cornuti, Camerario. VII. Verbasculum pratense odoratum, C.B. Primula veris, Matth. Lon. Tab. Primula veris prior, Lugd. Primula pratensis, Lob. Primula veris hortensis, Thal. Herba Paralytis, Brunf. Trag. Cast. Clus. hist. Pan. Herba Paralytis altera, Cæsalp. Verbasum odoratum, Fuch. Dod. gal. Verbasculum quorundam, Gef. hort. VIII. Arthritica eidem. Arthritica simplici luteo flore, Camerar. Alyfma prarorum, Columnæ. IX. Verbasculum hortense multiplex, C.B. Arthriticae genus dasypodium seu Densifolium, Gef. hort. Arthritica pleno flore, Cam. Primula hortensis Anglica, Lob. Lugdun. Primula veris flos multiplex, Dod. fol. Primula veris multiflora, Tabernæmontano. IX. Verbasculum pratense inodorum, C.B. Primula veris altera, Matth. Lugd. Primula veris sylvestris, Thal. Primula sylv. tertia, Tab. Herba Paralytis alba, Brunf. Herba Paralytis sylv. Trago: Verbasculum non odoratum Fuchio: Verbasculum album, Dod. gal. Arthritica simplici pallido flore, Camerario. X. Blattaria lutea (est enim & alba, viridis purpurea, & maximo flore.) folio laciniato, C.B. Blattaria Matth. Trag. Fuch. Dod. gal. & fol. Gef. hor. Lon. Lob. Cast. Lugd. Blattaria flore citrino, Gef. hor. Blattaria lutea. Cam. Verbasum Leptophyllum, Cordo. in histor. Verbasum nonum, Cæsalpino.

Aethiopia.

ÆTHIOPIS.

CAP. C.

Aethiopia folia habet verbasco similia a perquam hirsuta, densaque, in orbem circa radicem imam redacta: caulem quadrangulum, & scabrum, similem apiastro, aut arctio, multis concavum alias: semen ervi magnitudine, geminum, in uno conceptaculo: radices ab eodem cespite numerosas, longas, b
 60 in Ida monte Troadis, & in Messenia. Auxiliatur [purulentis excreationibus,] ischiadicis, pleuritici-
 cis, arteriae scabritiis, decocta radix, & pota: quin & cum melle, eclegmatis vicem præbet.

Tametsi jam pridem existimaverim, Aethiopidem herbam in Aethiopia, & Ida Troadis tantum nasci, quod eam inibi plurimam gigni testentur Dioscorides, & Plinius: hoc tamen auno legitima, ni fallor, Aethiopia ad me allata est Patavio ab erudito Juvene medico Joanne Odorico Melchiorio Tridentino, quam nulla prorsus reclamante nota, Aethiopidem referre deprehendi, ut ejus pictura, quam hic damus, pulchrè demonstrat. Aethiopidis non reperio meminisse Galen-
 num in simplicium medicamentorum censu: quanquam eam memoria prodidit Paulus lib. 7. ubi non plures de hac herba vires tradit, quam quæ Dioscoridi acceptæ referri possunt, cum ita scribat: Aethiopia similia verbasco habet folia. Radicis decoctum potum auxiliatur ischiadicis, pleuritici, & sanguinem rejicientibus: arteria etiam asperitates cum melle lenit.

T 77

Ut

Verbasci
genera,
& vires
ex Gal.

Nomina.

a Meum
 dactylus
 λένω. i. hirsuta, dēsa.
 b Meum,
 & Cat.
 παχύρριζος.
 i. crassas.
 c Meum,
 Cat. non legit
 monte
 Troadis.
 Me. pro
 cōclusis.
 αἵματι &
 φλόμω. i.
 sanguinis
 sputo, ut
 Cat. legit
 αἵματι & φλόμω.
 i. sanguinis
 excreantibus.
 Aethio-
 pidis
 confid.

Aethio-
 pidis vi-
 res ex
 Paul.

Nomina.

ÆTHIOPIA.

Ut Græcis hæc planta æthiopis, ita etiam Latinis Æthiopis nominatur: Itali, Etiopæ & Etiopide.

† Hoc loco in vulgatis Græcis codicibus legitur *noxyr*, hoc est, crassum. Quam vocem interpretes Plinium fortè, ut solet, secutus omisit. Sed cur nos eam non adjecerimus, fecit Orib. quem in hoc Plinio adstipulari invenimus.

Æthiopidem foliis sinuosis, & in profundas lacinias divisus (cujus figurâ in universali historia) observavimus. Dicitur Æthiopis, Matth. Ges. hor. Dod. gal. 10 & fol. Lac. Lon. Lob. Cast. Lugd. Tab. Cæs. Æthiopis phlomitris, Lob. in iconibus.

Agnesor. ARCTION. CAP. CI.

ARction, aliqui potius Arcturo vocant, similis est verbasco foliis, nisi quod hirsutiora, & rotundiora sunt: caule longo, molli: semine cumini, parvo: radice tenera, alba, dulciq. Decocta cum semine radix in vino, dentium dolorem mulcet, si continetur ore decoctum: ambusta, pernionesque foventur eodem: bibitur adversus coxendicum dolores, & stranguriam è vino.

Credidit Ruellius, Arction eam esse plantam, quæ & secus vias, & in scrobium marginibus nascitur, quamq. officinarum vulgus Lappam minorem appellat. Sed Ruellius in hoc haud dubie, meo quidem judicio, fallitur, neque audiendus est. Siquidem, ut diligenter notas expendentibus perspicuum fiet, Lappa minor aliud profectò non est, quàm Xanthium inferius à Dioscoride representatum. Etenim Lappa minor folio verbasci, eoque hirsutior non visitur: neque caulem profert longum, & mollem: qui nec semen cumino simile, neque cymino simili, sacculatis est admodum tenuium partium, & ob id exiccatis, extergentibus, tamen modicè. Quamobrem radix, ac semen eius cocta cum vino, quadantenus dolores dentium mitigant. Porro ambusta, & chimethla, non horum modò decoctum persusum, sed caules tenuiores sanare possunt. Quod & veteres Græci, Arctium quoque Latini dicunt: Itali, Arctio.

Agnesor. PERSONATA. CAP. CII.

PERSONATA folia habet cucurbitæ, majora tamen, & hirsutiora, nigriora, & crassiora: caulem albicantem, quanquam & interdum vidua caule reperiatur: radice intus candida, foris nigra. Hæc drachmæ unius pondere pota cum pineis nucibus, purulenta, & cruenta exulsiis auxiliatur: trita dolores à contortionibus artuum contractos, illitu sedat. Folia utiliter antiquis ulceribus illinuntur.

TAmetsi de una tantum Personata meminerit Dioscorides, nos tamen duo in Bohemia observavimus genera, Echinatorum tantum capitum facie differentia. Siquidem in altero majora, duriora, & rigidioribus asperioribusq. aculeis spectantur: in altero verò minor, mollior, & mitioribus aculeis, alba quadam lanugine circumquaque obdutus, extant. Major folia habet cucurbitæ majora, nigriora, hirsutiora, crassioraq.: caulem crassum angulosum, albicantem, sesquicubitalem, atque ramosum: fructu copioso, echinato, non magno, aculeis repandis, vestibus pertinaciter sese innestentibus ac inhaerentibus. Floribus purpureis, semine nucis minore. Radice longa, vegeta, intus candida, foris nigra. Nasitur passim in agrorum marginibus, secus itinera & serè



Arctii confid. Ruellii error.

Arctii vires ex Gal.

I. PERSONATA, SIVE Lappa major.

Nomina.

a Me. & Cat. de-ola, hirsuta.

Personata confid.

